illa animalia quae eduntur
quasi pecuedes. Generaliter
autem omne animal pecus a
pascendo uocatum.
Iumenta nomina inde traxe
runt. quod nostrum laborem
uel onus. suo adiutorio subuec
tando uel arando iuuent.
Nam bos carpenta trahit.
& durissimas terrae glebas
uomere euertit.
Equus & asinus portant one
ra & hominum in gradiendo
laborem temperant. unde
& iumenta appellantur ab
eo quod iuuent homines; sunt
enim magnarum uirium animalia;
Item quoque armenta uel quod
sint apta armis. id est bello.
uel quod his in armis utimur;
alii armenta tantum boues in
tellegunt ab arando. quasi
aramenta. uel quod sint cor
nibus armata, discretio est
autem inter armenta & greges.
Nam armenta equorum &
bouum sunt, greges uero ca
melorum caprarum & ouium.

Ouis molle pecus lanis. corpore
inerme. animo placido. ab
oblatione dictum. eo quod apud ueteres
apud in initio non tauri
sed oues in sacrificio mactaren
tur, Ex his quasdam bidentes
uocant. easque inter octo den
tes. duos altiores habent. quas
maxime gentiles in sacrificia
offerebant.
Uerbex uel a uiribus dictus. quod
ceteris ouibus sit fortior. uel
quod sit uir. id est masculus. uel
quod uermem in capite habeat.
quorum excitati prorítu inui
cem se concutiunt. & pugnantes
cum magno impetu feriunt.
Aries uel apo tu areos. id est a marte
uocatur. unde apud nos in
gregibus masculi. mares dicun
tur. siue quod hoc pecus a genti
libus primum aris est inmolatum.
Aries. quod aris inponeretur
unde & illud. aries mactatur
ad aram.
Agnum quanquam & greci uo
cent apo to agno. quasi pium.
latini autem ideo hoc nomen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0349